ius tur· qui sunt ex circum cisione,· Hii soli adiutores
in regno di· qui mihi fuerunt solacio; Salutat uos
epaphras qui ē [est] ex uobis seruus xpi ihu· Semp
sollicitus pro uob in orationib;· ut stetis p
fecti· & pleni in omni uoluntate di; Testimo
niū enim illi phibeo· quod habet multū laborē
pro uob & pro his qui sunt laodiciae· & qui hierapoli;·
Salutat uos lucas medicus carissimus· & demas;·
Salutate frs· qui sunt laodiciae· & nimpham·
& q[ue]; in domo ei ē eclesiā; Et cū lecta fuerit apud
uos epistula· facite ut & in laodicensiū eclesia
legat· Et eam q[ue]; ē laodicensiū uos legatis;
Et dicite archippo; Uide ministeriū qd accepis
ti in dño ut illud impleas;· Salutatio mea
manu pauli; memores estote uinculorū meorū;·
Gratia di uobis cum amen;

EXPL· AD COLOSSENSES MISSA AB URBE
ROMA DE CARCERE p TITHICŪ DIACONŪ & HONE
SIMUM ACOLITUM. INCIP· AD TIMOTHEUM
PRIMA ARGUMENTUM· Timotheū instru
it & docet de ordinatione episcopatus & dia
conii & omnis eclesiasticae disciplinae

INCIPIUNT CAPITULA·

I. Bona est lex si quis ea legitime utatur
II. O timothee Bonam milita militiam quam multi
naufragaverunt a fide. Precandum pro regibus
et potestatibus ut quietam vitam transigamus.
III. Quo habitu deceat orare viros et mulieres.
Mulierem docere non permittat neque dominari in virum
IIII. Qui episcopatum desiderat magnum opus concupiscit
V. De ordinatione diaconi similiter dicit. Re
cedunt enim quidam a veritate et subdole docent.
VI. Ne quis iuventutem tuam contempnat. Iuniores
viduae nubant. ut nulla occasione dent adversa
rio. Vidua eligatur non minus LX annorum maio
rem. Presbyteri duplici honore honorentur

INCIP EPLA BEATI PAULI APLI AD TIMOTHEV;

Paulus apostolus Christi Iesu secundum imperium dei
salvatoris nostri et Christi Iesu spei nostrae
Timotheo dilecto filio in fide. Gra
tia et misericordia et pax a deo patre et Christo Iesu
domino nostro; Sicut rogavi te ut remaneres ephesi cum
irem in macedoniam. Ut denuntiares quibus
dam ne aliter docerent. Neque intenderent fa
bulis et genealogiis interminatis. Quae quae
stiones praestant magis quam aedificationem dei quae est in
fide; Finis autem praecepti est caritas de corde puro.

& conscientia bona . & fide non ficta ; A quibus
quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium .
uolentes esse legis doctores . Non intellegen
tes neque quae loquuntur . neque de quibus affirmant ;
Scimus autem quia bona est lex . Si quis ea legiti
me utatur ; Sciens hoc quia iusto lex non est po
sita . Sed iniustis & non subditis . impiis &
peccatoribus ; Sceleratis & contaminatis .
patricidis & matricidis . homicidis . fornicariis .
masculorum concubitoribus . plagiariis . mendacibus .
periuris . Et si quid aliud sanae doctrinae aduersatur .
quae est secundum euangelium gloriae beati dei . quod creditum est
mihi ; Gratias ago ei qui me confortauit christo iesu domino
nostro ; Quia fidelem me existimauit . ponens in ministerio .
Qui prius fui blasphemus . & persecutor . & contume
liosus . Sed misericordiam consecutus sum . quia ignorans
feci in incredulitate ; Superabundauit autem gratia
domini nostri cum fide . & dilectione quae est in christo iesu ; Fidelis
sermo & omni acceptione dignus . Quia christus iesus
uenit in hunc mundum peccatores saluos facere .
quorum primus ego sum ; Sed ideo misericordiam con
secutus sum . ut in me primo ostenderet christus iesus
omnem patientiam . ad informationem eorum qui credituri

suntilli inuitæ ætnæ; Regi autē sclorū inmortali,
inuisibili soli dō honor & gloria in scla sclorū amen;
II **Hoc** præceptū comendo tibi fili timothee secdm p
cedentes in te ppheti as. Utmilites in illis bona
militia. habens fidem & bonā conscientiā; Quāquidā
repellentes. circa fidem naufragauerunt; Exquib; ē
himeneus & alexander quos tradidi satanæ.
utdiscant non blasphemare; Obsecro ig̃ primo
omniū fieri obsecrationes. orationes. postulatio
nes. gratiarū actiones. pomnib; hominib; ; Pro
regib; & omnib; qui insublimitate sunt. Utquietam &
tranquillā uitā agamus. in omni pietate & casti
tate; Hoc enī bonū ē; & acceptū coram saluatore
nostro dō. Qui omnes homines uult saluos fieri.
& adagnitionē ueritatis uenire; Unus enī ds.
Unus & mediator dī & hominū homo xps ihs;
Qui dedit semet ipsū redemptionē pro omnibus
testimoniū temporib; suis. In
quopositus sum ego predicator & aptus. Ueritatē
dico nmentior. Doctor gentiū in fide & ueritate;
III **Uolo** ergo uiros orare inomniloco leuantes
puras manus. sine ira & disceptatione. Simi
liter & mulieres in habitu ornato cū uerecundia

& sobrietate. Ornantes se non in tortis crinibus aut
auro aut margaritis. uel ueste preciosa. sed quod
decet mulieres. promittentes pietatem per opera
bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione;
Docere autem mulieri non permitto neque dominari in uirum.
sed esse in silentio; Adam enim primus formatus est. deinde
eua; Et adam non est seductus. mulier autem seducta in
praeuaricatione fuit;. Saluabitur enim per filiorum generatio
nem. Si permanserit in fide & dilectione & sanctifica
tione cum sobrietate; IIII. Fidelis sermo; Si quis
episcopatum desiderat. bonum opus desiderat;
Oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse. Unius uxoris
uirum; Sobrium prudentem. pudicum ornatum. hospita
lem. Non uinolentum. non percussorem. sed modestum. [doctorem]
Non litigiosum. non cupidum. Suae domui bene prae
positum. Filios habentem subditos cum omni castitate.
Si quis autem domui suae praeesse nescit. quomodo
ecclesiae dei diligentiam habebit. Non neophitum
ne in superbia elatus in iudicium incidat diaboli;
Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his
qui foris sunt. ut non in obprobrium incidat & laqueum
diaboli; V De diaconis Similiter pudicos.
Non bilingues. Non multo uino deditos;

Non turpe lucrum sectantes. habentes misterium fidei
in conscientia pura; Et hi autem probentur primum et sic
ministrent. nullum crimen habentes. Mulieres similiter
pudicas non detrahentes. sobrias. fideles in omnibus;
Diacones sint unius uxoris viri. qui filiis suis bene
praesunt et suis domibus; Qui enim bene ministraverint
gradum sibi bonum adquirent. et multam fiduciam in fide quae est in
Christo Iesu; Haec tibi scribo sperans me ad te venire cito;
Si autem tardavero. ut scias quomodo oporteat te
in domo dei conversari. quae est ecclesia dei vivi co
lumna et firmamentum veritatis; Et manifeste magnum
est pietatis sacramentum. Quod manifestatum est in car
ne. iustificatum est in spiritu; Apparuit angelis. prae
dicatum est gentibus. creditum est in mundo. adsumptum
est in gloria; Spiritus autem manifeste dicit. quia in no
vissimis temporibus discedent quidam a fide; adten
dentes spiritibus erroris. et doctrinis demoniorum.
in hypocrisi loquentium mendacium. et cauteriatam
habentium suam conscientiam. Prohibentium nubere.
abstinere a cibis quos deus creavit ad percipiendum
cum gratiarum actione. fidelibus. et his qui
cognoverunt veritatem. Quia omnis creatura dei bo
na. et nihil reiciendum quod cum gratiarum actione

percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei et orationem. Haec pro
ponens fratribus. Bonus eris minister Christi Iesu, enu
tritus verbis fidei et bonae doctrinae quam assecutus
es. Ineptas autem et aniles fabulas devita. Exer
ce teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio
ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est.
Promissionem habens vitae quae nunc est et futurae. Fi
delis sermo et omni acceptione dignus. In hoc enim
laboramus et maledicimur. quia speramus in deum
vivum qui est salvator omnium hominum maxime fidelium.
VI Praecipe haec et doce. Nemo adolescentiam tuam
contemnat. Sed exemplum esto fidelium in verbo. In
conversatione. in caritate. In fide in castitate.
Dum venio attende lectioni. et exhortationi doctrinae.
Noli neglegere gratiam quae est in te. quae data est tibi per
prophetiam. cum impositione manuum praesbiterii.
Haec meditare in his esto. ut profectus tuus mani
festus sit omnibus. Adtende tibi et doctrinae. insta
illis. Hoc enim faciens. et teipsum salvum facies. et
eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaveris. sed
obsecra ut patrem. Iuvenes ut fratres. anus ut ma
tres. Iuvenculas ut sorores. In omni caritate.
Viduas honora. quae vere viduae sunt. Si qua autem vidua

filios aut nepotes habet. Discat primum domum
suam regere. & mutuam uicem reddere parentibus.
Hoc enim acceptum est coram deo. Quae autem uere uidua
est & desolata sperat in deum. & instat obsecra
tionibus & orationibus nocte & die. Nam quae in deli
ciis est uiuens mortua est. Et hoc praecipe. ut inre
prehensibiles sint. Si quis aut suorum & maxime do
mesticorum curam non habet. fidem negauit. & est infi
deli deterior. Uidua eligatur non minus LX annorum.
Quae fuerit unius uiri uxor. In operibus bonis
testimonium habens. Si filios educauit. Si hospitio
recepit. Si sanctorum pedes lauit. Si tribulationem
patientibus subministrauit. Si omne opus bonum
subsecuta est. Adulescentiores autem uiduas deuita.
Cum enim luxuriatae fuerint in xpo nubere uolunt.
habentes damnationem quia primam fidem inritam
fecerunt. Simul autem & otiosae discunt circuire
domos. Non solum otiosae sed & uerbosae & curiosae.
Loquentes quae non oportet. Uolo ergo iuueniores
nubere. filios procreare. matres familias esse.
Nullam occasionem dare diabulo maledicti
gratia; Iam enim quaedam conuersae sunt retro post
satanan; Si qua fidelis habet uiduas sub

ministret illis. ut non grauetur ecclesia. ut his quae
uere uiduae sunt sufficiat; Qui bene praesunt
presbiteri duplici honore digni habeantur. maxime
qui laborant in uerbo & doctrina; Dicit enim
scriptura; Non alligabis os boui trituranti. &
dignus est operarius mercede sua; Aduersum
presbiterum accusationem noli recipere. Nisi sub duo
bus & tribus testibus;. Peccantes autem coram omnibus
argue. ut & ceteri timorem habeant. Testor coram
deo & christo iesu. & electis angelis. ut haec custodi
as sine praeiudicio. Nihil faciens in aliam partem
declinando. Manus cito nemini inposueris.
Neque communicaueris peccatis alienis;. Teipsum
castum custodi; Noli adhuc aquam bibere. Sed uino
modico utere. propter stomachum tuum & frequentes tuas
infirmitates. Quorundam hominum peccata mani
festa sunt praecedentia ad iudicium. Quosdam autem
& subsequuntur. Similiter autem & facta bona mani
festa sunt. & quae aliter se habent abscondi non pos
sunt; Quicumque sunt sub iugo serui dominos suos
omni honore dignos arbitrentur. Ne nomen
domini & doctrina blasphemetur. Qui autem
fideles habent dominos non contemnant

In deuteronomio

quia fratres sunt. sed magis seruiant quia fideles
sunt & dilecti qui beneficii participes sunt. haec
doce & exhortare. Si quis aliter docet & non adquiescit
sanis sermonibus domini nostri iesu christi. & ei quae secundum pie
tatem est doctrinae. Superbus est nihil sciens. sed langu
ens circa quaestiones & pugnas uerborum. Ex quibus
oriuntur inuidiae. contentiones. blasphemiae. suspi
ciones malae. Conflictationes hominum mente cor
ruptorum. & qui ueritate priuati sunt. existi
mantium quaestum esse pietatem. Est autem quaestus
magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus
in hunc mundum. haud dubium quia nec auferre quid
possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur
his contenti sumus. Nam qui uolunt diuites
fieri. Incidunt in temptationem & laqueum dia
buli. & desideria multa inutilia & nociua. quae
mergunt homines in interitum & perditionem. Ra
dix enim omnium malorum est cupiditas. Quam quidam
appetentes errauerunt a fide. & inseruerunt
se doloribus multis. Tu autem o homo dei haec fuge.
Sectare uero iustitiam. pietatem. fidem. caritatem.
patientiam. mansuetudinem. Certa bonum certamen
fidei. Adprehende uitam aeternam. in qua uocatus es.

et confessus es bonam confessionem coram multis testibus.
Praecipio tibi coram deo qui vivificat omnia et Christo Iesu
qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam
confessionem. Ut serves mandatum sine macula inrepre
hensibile usque in adventum domini nostri Iesu Christi quem suis tempo
ribus ostendet beatus et solus potens rex regum et dominus
dominantium. Qui solus habet inmortalitatem. Et
lucem habitat inaccessibilem. quem vidit nullus homi
num sed nec videre potest. Cui gloria et honor et impe
rium sempiternum. Divitibus huius saeculi praecipe non sublime
sapere neque sperare in incerto divitiarum. Sed in deo
qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum. Bene
agere. divites fieri in operibus bonis. Facile tribu
ere. communicare. thesaurizare sibi fundamentum bonum
in futurum. ut adprehendant veram vitam. O Timo
thee depositum custodi. Devitans profanas vocum
novitates. et oppositiones falsi nominis scientiae.
Quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.
Gratia tecum amen.

Explicit ad Timotheum prima. Incipit ad eundem
secunda argumentum. Timotheo scribit
de exhortatione martyrii et omnis regulae
veritatis. Et quid futurum sit temporibus novissimis

& de sua conversione. EXPL. ARGUMENTUM. INCIPIT CAPITULA EPIST. I. De persecutionibus quae nobis futurae sunt in aecclesia. Nemo militans deo obligat se negotiis secularibus.

II Ne erubescas evangelium dei constanter praedicare. Quidam enim dicunt resurrectionem iam fuisse & everterunt multos. Huius qui subintrant domos & praedicant mulierculas oneratas peccatis.

III Erit enim tempus quando sanae doctrinae non sustinebunt. & secundum sua desideria coacervabunt sibi magistros.

Paulus apostolus Christi Iesu per voluntatem dei secundum promissionem vitae quae est in Christo Iesu. Timotheo carissimo filio. gratia misericordia & pax a deo patre & Christo Iesu domino nostro. Gratias ago deo cui servio a progenitoribus in conscientia pura. Quam sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte & die desiderans te videre. memor lacrimarum tuarum ut gaudio implear. Recordationem accipiens eius fidei quae est in te non fictae. quae & habitavit primum in avia tua Loide & in matre tua [erased] Certus sum autem quod & in te. Propter quam causam admoneo te. ut resuscites

gratiam quae est in te per inpositionem manuum
mearum; Non enim dedit nobis ds spm timoris.
sed uirtutis & dilectionis & sobrietatis; Noli
itaq erubescere testimoniu dni ni neq me uinctu eius;
Sed conlabora euangelio secd uirtute di. qui nos
liberauit & uocauit uocatione sua sca; Non secd opera
nra sed secd propositu suu & gratiam quae data e nob
in xpo ihu ante tempora saecularia; Manifestata
e aut nunc p inluminatione saluatoris ni ihu xpi.
Qui destruxit quide morte. Inluminauit aut uita
& incorruptione p euangeliu. In quo positus sum
ego praedicator & aptus & magister gentiu; ob qua
causa & iterum haec patior. Sed n confundor; Scio
enim cui credidi & certus sum quia potens e depositu
meu seruare in illu diem; FORMAM HABE
sanorum uerboru quam a me audisti in fide & dilecti
one in xpo ihu; Bonu depositu custodi p spm
scm qui habitat in nob; Scis hoc quod auersi sunt a
me omnes qui in asia sunt. Ex quibus e figelus &
hermogenes; Det misericordiam dns onesifori domui.
Quia saepe me refrigerauit. & catenam meam
non erubuit; Sed cu roma uenisset sollicite
me quaesiuit & inuenit; Det illi dns inuenire

mis dicat a dno in illa die. Et quanta ephesi ministrauit
melius agnoscis; Tu ergo fili mi confortare in gratia
quae est in xpo ihu. Et quae audisti a me per multos testes;
Haec commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt et
alios docere; labora sicut bonus miles xpi ihu; Nemo
militans deo implicat se negotiis saecularibus. ut ei placeat
cui se probauit; Nam et qui certat in agone non coro
natur nisi legitime certauerit; Laborantem agricolam
oportet primum de fructibus percipere; Intellege quae dico.
Dabit enim tibi dns in omnibus intellectum;

II Memor esto xpm ihm resurrexisse a mortuis ex semi
ne dauid secundum euangelium meum. in quo laboro usque ad
uincula quasi male operans. Sed uerbum di non est alli
gatum; Ideo omnia sustineo propter electos. ut et ip
si salutem consequantur quae est in xpo ihu cum gloria caelesti;
Fidelis sermo; Nam si commortui sumus et
conuiuemus. Si sustinebimus et conregnabimus. Si ne
gabimus. ille fidelis manet. negare seipsum non po
test; Haec commone testificans coram deo; Noli uerbis
contendere. ad nihil utile est nisi ad subuersionem audi
entium; Sollicite cura teipsum probabilem exhibere deo
operarium inreprehensibilem. Recte tractantem
uerbum ueritatis; Profana autem et uaniloquia

et ille negabit nos si non credimus

deuita. Multum enim proficient ad impietatem. et sermo
eorum ut cancer serpit. Ex quibus est hymeneus et philetus.
qui a ueritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse
iam factam. et subuerterunt quorundam fidem. Sed firmum
fundamentum dei stat. habens signaculum hoc. cognouit
dominus qui sunt eius. Et discedat ab iniquitate omnis qui
nominat nomen domini. In magna autem domo non solum sunt uasa
aurea et argentea. sed et lignea et fictilia. Et quaedam
quidem in honorem. quaedam autem in contumeliam. Si quis
ergo emundauerit se ab istis. Erit uas in honore sci-
ficatum et utile domino. ad omne opus bonum paratum.
Iuuenilia autem desideria fuge. Sectare uero ius-
titiam fidem caritatem pacem cum his qui inuocant
dominum de corde puro. Stultas autem et sine disciplina
quaestiones deuita. Sciens quia generant lites.
Seruum autem domini non oportet litigare. Sed mansue-
tum esse ad omnes. docibilem patientem. Cum modes-
tia corripientem eos qui resistunt ·l· si quando
Ne forte det illis deus penitentiam ad agnoscendam ueritatem.
Et resipiscant a diaboli laqueis. a quo captiui
tenentur ad ipsius uoluntatem.

III. Hoc autem scito quod in nouissimis diebus
instabunt tempora periculosa. Et erunt homines

seipsos amantes cupidi elati superbi blasphemi
parentibus non oboedientes ingrati scelerati sine
affectione sine pace criminatores incontinentes
inmites sine benignitate proditores proterui
tumidi uoluptatum amatores magis quam dei ha
bentes speciem quidem pietatis uirtutem autem eius
abnegantes et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant
domos et captiuas ducunt mulierculas oneratas
peccatis. Quae ducuntur uariis desideriis semper dis
centes et numquam ad scientiam ueritatis peruenien
tes. quemadmodum autem iamnes et mambres resis
terunt moysi ita et hi resistunt ueritati
homines corrupti mente reprobi circa fidem
Sed ultra non proficient insipientia enim eorum mani
festa erit omnibus sic et illorum fuit. Tu autem adsecu
tus es meam doctrinam institutionem propositum fidem
longanimitatem dilectionem patientiam persecutiones
passiones quae mihi facta sunt anthiochiae
iconio listris. quales persecutiones sustinui
et ex omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui uolunt
pie uiuere in christo iesu persecutionem patientur. Mali
autem homines et seductores proficiunt in peius
errantes et in errorem mittentes. Tu autem permane

his q; didicisti. & credita st tibi. sciens a quo
didiceris. Et quia ab infantia sacras litteras nosti.
q te possunt instruere ad salute p fide q e in xpo ihu;
Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis e
ad docendu. ad arguendum. ad corrigendu. ad
erudiendu in iustitia. Ut pfectus sit homo di.
ad omne opus bonu instructus; Testificor cora
do & xpo ihu. qui iudicaturus e uiuos ac mortu
os. & aduentu ipsius & regnu eius. Praedica uerbu.
insta oportune inportune. argue. obsecra. in
crepa. in omni patientia & doctrina; Erit enim
tempus cu sanae doctrinae n sustinebunt. Sed
ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros.
prurientes auribus. Et a ueritate quide auditu
auertent. Ad fabulas aut conuertent. Tu uero
uigila in omnib. labora. Opus fac euangelistae.
ministeriu tuu imple sobrius esto: Ego eni ia delibor. & temp;
meae resolutionis instat; Bonu certame certa
ui. cursu consumaui. Fidem serui. De reliquo
reposita e mihi iustitiae coronae. quae reddet
mihi dns in illa die iustus iudex; Non solum
autem mihi. sed & his qui diligunt aduentum
eius; Festina uenire ad me cito; Demas

enim me dereliquit diligens hoc saeculum et abiit thes
sallonicam · Crescens in galatiam · titus in dalmatiam ·
Lucas est mecum solus · Marcum adsume et adduc tecum ·
est enim mihi utilis in ministerium · Tychicum autem misi
ephesum · paenulam quam reliqui troade apud carpum
veniens adfer et libros · maxime autem membranas ·
alexander aerarius multa mihi mala ostendit · Red
dat ei dominus secundum opera eius · quem et tu devita · valde
enim restitit verbis nostris [meis] · In prima mea defensione
nemo mihi adfuit · sed omnes me dereliquerunt · non
illis inputetur · dominus autem mihi adstitit et confortavit
me · ut per me praedicatio impleatur · et audiant
omnes gentes · et liberatus sum de ore leonis · liberavit
me dominus ab omni opere malo & salvum faciet in regnum
suum caeleste · cui est gloria in saecula saeculorum amen ·
Saluta priscam [illam] et aquilam et onesifori domum ·
Erastus remansit corinthi · Trofimum autem
reliqui infirmum meleti · Festina ante hiemem venire ·
Salutant te eubolus & pudens & linus & claudia
& fratres omnes · dominus ihesus christus cum spiritu tuo · Gratia vobis
cum amen · *Explicit ad timotheum secunda · Incipit*
ad titum argumentum Titum commone
facit et instruit de constitutione presbiterii et